

# M e ß :

III D

## Vesper - Büchlein.

Weyn hohen Amt der H. Meß.

Wird theils dem Priester von dem Meß-Diener  
geantwortet, theils von dem Volk  
gesungen.

Priester : *In nomine Patris & Filii & Spiritus  
sancti. Amen.*

*Introibo ad altare Dei.*

Diener : *Ad Deum, qui lætificat iuventutem  
meam.*

*V. Judica me Deus & discerne causam meam de  
gente non sancta: ab homine iniquo & doloso  
erue me.*

*D. Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me  
repulisti, & quare tristis incedo, dum affli-  
git me inimicus?*

*V. Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa  
me deduxerunt & adduxerunt in montem san-  
ctum tuum, & in tabernacula tua.*

*D. Et introibo ad altare Dei: ad Deum qui  
lætificat iuventutem meam.*

*V. Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus:  
quare tristis es anima mea, & quare contur-  
bas me?*

*D. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor  
illi: Salutare vultus mei, & Deus meus.*

*V. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.*

*D.*

D. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

P. *Introibo ad Altare Dei.*

D. Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

P. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

D. Qui fecit cœlum & terram.

P. *Confiteor &c.*

D. Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis perducatur te ad vitam æternam.

P. *Amen.*

D. Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, Sanctis Apostolis Petro & Paulo, omnibus Sanctis, & tibi Pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa: Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaellem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, Sanctos Apostolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & te Pater orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

P. *Misereatur &c.* D. Amen.

D. *Indulgentiam &c.* D. Amen.

P. *Deus tu conversus vivificabis nos.*

D. Et plebs tua lætabitur in te.

P. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam.*

D. Et salutare tuum da nobis.

P. *Domine exaudi orationem meam.*

D. Et clamor meus ad te veniat.

*V. Dominus vobiscum. D. Et cum Spiritu tuo.*

*V. Kyrie eleison. D. Kyrie eleison.*

*V. Kyrie eleison. D. Christe eleison.*

*V. Christe eleison. D. Christe eleison.*

*V. Kyrie eleison. D. Kyrie eleison. V. Kyrie eleison.*

### Gloria in excelsis Deo.

**E***T in terra pax hominibus bona voluntatis. \* Laudamus te. \* Benedicimus te. \* Adoramus te. \* Glorificamus te. \* Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. \* Domine Deus, Rex caelestis, Deus Pater omnipotens. \* Domine fili unigenite Iesu Christe. \* Domine Deus, agnus Dei, filius Patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. \* Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. \* Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. \* Quoniam tu solus Sanctus. \* Tu solus Dominus. \* Tu solus altissimus, Iesu Christe. \* Cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris, Amen.*

*V. Dominus vobiscum: D. Et cum Spiritu tuo.*

*V. Per omnia secula seculorum. D. Amen.*

Nach der Epistel. D. Deo gratias.

### Vor dem Evangelio.

*V. Sequentia sancti Evangelii secundum Mattheum.*

D. Gloria tibi Domine.

Nach dem Evangelio. D. Laus tibi Christe.

*Credo in unum Deum.*

**P**atrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, \* *visibilem omnium, & invisibilem.*  
 \* Et in unum Dominum JESUM Christum, filium Dei unigenitum. \* *Et ex Patre natum, ante omnia sæcula:* \* Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verum de Deo vero: \* *Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.*

Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis: \* Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est:

Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est: \* *Et resurrexit tertia die secundum scripturas* \* Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. \* *Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos: cujus Regni non erit finis.* \* Et in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit, \* *Qui cum Patre, & Filio simul adoratur & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas.* \* Et Unam, Sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. \* *Confiteor unum baptisma in remissionem Peccatorum.* \* Et exspecto resurrectionem mortuorum: \* *Et vitam venturi sæculi.*  
 \* Amen.

*Orate Fratres.*

**D.** Suscipiat Dominus hoc Sacrificium de manibus tuis ad laudem & gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesie sue sanctæ.

## Zur Præfation.

- P.* Per omnia secula seculorum. *D.* Amen.  
*P.* Dominus vobiscum. *D.* Et cum Spiritu tuo.  
*P.* Sursum corda.  
*D.* Habemus ad Dominum.  
*P.* Gratias agamus Domino Deo nostro.  
*D.* Dignum & iustum est.

## Zum Sanctus.

Sanctus, \* Sanctus, \* Sanctus, \* Dominus Deus Sa-  
 baoth.

Pleni sunt cæli & terra gloria tua.

*Osanna in excelsis.*

Benedictus, qui venit in nomine Domini.

*Osanna in excelsis.*

## Zum Pater noster.

- P.* Et ne nos inducas in tentationem.  
*D.* Sed libera nos a malo.

## Zum Agnus Dei.

*P.* Pax Domini sit semper vobiscum.

*D.* Et cum Spiritu tuo.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Miserere  
 nobis.

*Agnus Dei, Sc. Miserere nobis.*

*Agnus Dei &c. Dona nobis pacem.*

## Am End der 5. Mess.

- P.* Ite. Missa est, oder Benedicamus Domino.  
*D.* Deo gratias.

Nach dem Seegen. *D.* Amen.

## Bey einer Seel: Messe.

- P.* Requiescant in pace. *D.* Amen.

Zum

## Zum letzten Evangelio.

*P. Initium Sancti Evangelii secundum Joannem.*

*D. Gloria tibi Domine.*

Nach dem Evangelio. *D. Deo gratias.*

## Ordnung

der Heil. Mess zu dienen nach dem Gebrauch des  
Prediger = Ordens.

*P. Confitemini Domino, quoniam bonus.*

*D. Quoniam in sæculum misericordia ejus.*

*P. Confiteor &c.*

*D. Misereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata tua, liberet te ab omni malo, salvet & confrimet in omni opere bono, & perducatur te ad vitam æternam.*

*P. Amen.*

*D. Confiteor Deo omnipotenti; beatæ Mariæ semper Virgini, beato Dominico Patri nostro, omnibus Sanctis, & tibi Pater, quia peccavi nimis cogitatione, locutione, opere & omissione, mea culpa: precor te orare pro me.*

*P. Misereatur &c. D. Amen.*

*P. Absolutionem &c. D. Amen.*

*P. Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

*D. Qui fecit cælum & terram.*

NB. Nach dem *Orate fratres* wird nichts geantwortet; All das übrige, wie im vorigen.

## Am Sonntag

Wenn das Weih-Wasser ausgetheilet wird.

**A**sperges me, Domine, hyssopo & mundabor: \* lavabis me, & super nivem de alba-

bor.

Mi-

Miserere mei Deus \* secundum magnam misericordiam tuam.

Gloria Patri &c.

*Ostende nobis Domine misericordiam tuam.*

Et salutare tuum da nobis.

*Domine exaudi orationem meam.*

Et clamor meus ad te veniat.

*Dominus vobiscum.* Et cum Spiritu tuo.

### Zur Oesterlichen Zeit.

**V**idi aquam egredientem de templo a latere dextro, Alleluja: \* & omnes, ad quos venit aqua ista, salvi facti sunt, & dicent: Alleluja, Alleluja.

*Confitemini Domino, quoniam bonus: \* quoniam in saeculum misericordia ejus.*

Gloria Patri &c. &c.

### Vor der Heil. Mess.

**V**eni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende, qui per diversitatem linguarum multarum gentes in unitate fidei congregasti. Alleluja.

*Emitte Spiritum tuum & creabuntur.*

Et renovabis faciem terra

### Zur Benediction

mit dem Hochwürdigsten Sacrament.

*Tantum ergo Sacramentum.*

Veneremur cernui: \* & antiquum documentum \* novo cedat ritui; \* praestet fides supplementum \* sensuum defectui.

*Genitori genitoque.*

Laus & jubilatio, \* salus, honor, virtus quoque \*

que \* sit & benedictio : \* Procedenti ab utro-  
que \* compar sit laudatio. \* Amen.

*Defensor noster aspice.*

Insidiantes reprime , \* gubernata tuos famu-  
los , \* quos Sanguine mercatus es.

**Am Fronleichnam's Fest.**

*Ecce panis Angelorum.*

Factus cibus viatorum , \* vere panis filiorum \*  
non mittendus canibus.

*In figuris presignatur.*

Cum Isaac immolatur : \* agnus Paschæ de-  
putatur : \* datur manna patribus.

*Bone pastor , panis vere,*

Jesu nostri miserere : \* tu nos pasce , nos tue-  
re , \* tu nos bona fac videre \* in terra viventium,

*O Salutaris Hostia!*

Quæ cæli pandis ostium : \* bella premunt ho-  
stilia , \* da robur , fer auxilium.

*Unus trinoque Domino.*

Sit sempiterna gloria : \* qui vitam sine termi-  
no \* nobis donet in patria. \* Amen.

**Die V E S P E R**

**Am Sonntagen.**

**D***eus in adiutorium meum intende.*

Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri & Filio , \* & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper & in  
sæcula sæculorum , Amen. Alleluja.

**In der Fasten am Platz Alesuja :**

Laus tibi Domine , Rex æternæ gloriæ.



## I. Der 199. Psalm.

**D**ixit Dominus Domino meo : \* sede a dextris meis.

*Donec ponam inimicos tuos \* scabellum pedum tuorum.*

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : \* dominare in medio inimicorum tuorum.

*Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : \* ex utero ante Luciferum genui te.*

Juravit Dominus , & non pœnitebit eum .  
\* Tu es Sacerdos in æternum , secundum ordinem Melchisedech.

*Dominus a dextris tuis : \* confregit in die ira sua Reges*

Judicabit in nationibus , implebit ruinas :  
\* conquassabit capita in terra multorum.

*De torrente in via bibet : \* propterea exaltabit caput.* Gloria Patri &c.

## II. Der 110. Psalm.

**C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo :  
\* in consilio justorum & congregatione.

*Magna opera Domini : \* exquisita in omnes voluntates ejus.*

Confessio & magnificentia opus ejus . \* & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

*Memoriam fecit mirabilium suorum , misericors & miserator Dominus : \* escam dedit timentibus se.*

Memor erit in sæculum testamenti sui : \* virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.

*Ut det illis hereditatem gentium: \* opera  
manuum ejus veritas & judicium.*

Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in  
sæculum sæculi: \* facta in veritate & æquitate.

*Redemptionem misit populo suo: \* mandavit  
in aeternum testamentum suum.*

Sanctum & terribile nomen ejus: \* initium  
sapientiæ timor Domini.

*Intellectus bonus omnibus facientibus eum:  
\* laudatio ejus manet in sæculum sæculi.*

Gloria Patri &c.

III. Der III, Psalm.

**B**eatus vir, qui timet Dominum: \* in man-  
datis ejus volet nimis.

*Potens in terra erit semen ejus: \* generatio  
rectorum benedicetur*

Gloria & divitiæ in domo ejus: \* & justitia  
ejus manet in sæculum sæculi,

*Exortum est in tenebris lumen rectis: \* mi-  
sericors & miserator & justus.*

Jucundus homo, qui miseretur & commodat,  
| disponet sermones suos in judicio: \* quia in  
æternum non commovebitur.

*In memoria aeterna erit justus; \* ab auditione  
mala non timebit.*

Paratum cor ejus sperare in Domino, | con-  
firmatum est cor ejus: \* non commovebitur,  
donec despiciat inimicos suos.

*Dispersit, dedit pauperibus, | justitia ejus  
manet in sæculum sæculi: \* cornu ejus exaltabi-  
tur in gloria.*

Peccator videbit & irascetur, | dentibus suis  
fremet & tabescet: \* desiderium peccatorum  
peribit. Gloria Patri &c.

## IV. Der 112. Psalm.

**L**audate pueri Dominum: \* laudate nomen  
Domini.

*Sit nomen Domini benedictum: \* ex hoc nunc,  
& usque in saculum*

A solis ortu usque ad occasum: \* laudabile  
nomen Domini.

*Excelsus super omnes gentes Dominus: \* &  
super caelos gloria ejus.*

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis  
habitat: \* & humilia respicit in caelo & in terra.

*Suscitans a terra inopem: \* & de stercore eri-  
gens pauperem.*

Ut collocet eum cum principibus: \* cum prin-  
cipibus populi sui.

*Qui habitare facit sterilem in domo: \* matrem  
filiorum latantem.* Gloria Patri &c.

## V. Der 113. Psalm.

**I**n exitu Israel de Aegypto: \* domus Jacob de  
populo barbaro.

*Facta est iudea sanctificatio ejus: \* Israel po-  
testas ejus*

Mare vidit & fugit: \* Jordanis conversus est  
retrorsum.

*Montes exultaverunt ut arietes: \* & colles  
sicut Agni ovium.*

Quid est tibi mare quod fugisti: \* & tu Jor-  
danis quia conversus es retrorsum?

*Montes exultastis sicut arietes : \* & colles sicut agni ovium.*

*A facie Domini mota est terra : \* a facie Dei Jacob.*

*Qui convertit petram in stagna aquarum : \* & rupem in fontes aquarum.*

*Non nobis Domine, non nobis : \* sed nomini tuo da gloriam.*

*Super misericordia tua, & veritate tua, \* nequando dicant gentes, ubi est Deus eorum?*

*Deus autem noster in caelo : \* omnia quaecunque voluit, fecit.*

*Simulacra gentium argentum & aurum : \* opera manuum hominum.*

*Os habent, & non loquentur : \* oculos habent, & non videbunt.*

*Aures habent, & non audient : \* nares habent, & non odorabunt.*

*Manus habent, & non palpabunt : | pedes habent, & non ambulabunt : \* non clamabunt in gutture suo.*

*Similes illis fiant qui faciunt ea : \* & omnes qui confidunt in eis.*

*Domus Israel speravit in Domino : \* adjutor eorum, & protector eorum est.*

*Domus Aaron speravit in Domino : \* adjutor eorum, & protector eorum est.*

*Qui timent Dominum, speraverunt in Domino : \* adjutor eorum, & protector eorum est.*

*Dominus memor fuit nostri : \* & benedixit nobis.*

*Benedixit domui Israel : \* benedixit domui Aaron.*

*Benedixit omnibus, qui timent Dominum :  
\* pusillis cum majoribus.*

Adjiciat Dominus super vos : \* super vos &  
super filios vestros.

*Benedicti vos a Domino : \* qui fecit cælum &  
terram.*

Cælum cæli Domino : \* terram autem dedit  
filiis hominum.

*Non mortui laudabunt te Domine : \* neque  
omnes, qui descendunt in infernum.*

Sed nos, qui vivimus, benedicimus Domi-  
no : \* ex hoc nunc & usque in sæculum.

Gloria Patri &c.

Nach dem Capitel: Deo gratias.

Das Lob = Gesang Mariâ: Luc. I, 47.

**M**agnificat \* anima mea Dominum.  
*Et exultavit spiritus meus : \* in Deo sa-  
lutari meo.*

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ : \* ec-  
ce enim ex hoc beatam me dicent omnes ge-  
nerationes.

*Quia fecit mihi magna, qui potens est : \* &  
sanctum nomen ejus.*

Et misericordia ejus a progenie in progenies,  
\* timentibus eum.

*Fecit potentiam in brachio suo, \* disperfit su-  
perbos mente cordis sui.*

Deposuit potentes de fede : \* & exaltavit hu-  
miles.

*Esurientes implevit bonis : \* & divites dimisit  
inanes.*

Suscepit Israel puerum suum: \* recordatus  
misericordiae suae.

*Sicut locutus est ad patres nostros: \* Abraham  
& semini ejus in sacula.*

Gloria Patri &c.

Benedicamus Domino: Deo gratias.

An Weyhnachts-Feiertagen.

I. Dixit Dominus. am 578 Blat.

II. Confitebor. am 578 Blat.

III. Beatus vir. am 579 Blat.

IV. Der 129. Psalm.

**D**E profundis clamavi ad te Domine: \* Do-  
mine exaudi vocem meam.

*Fiant aures tuae intendentes: \* in vocem depre-  
cationis meae.*

Si iniquitates observaveris Domine; \* Domi-  
ne, quis sustinebit?

*Quia apud te propitiatio est: \* & propter legem  
tuam sustinui te, Domine.*

Sustinuit anima mea in verbo ejus: \* spera-  
vit anima mea in Domino.

*Ac custodia matutina usque ad noctem: \* speret  
Israel in Domino.*

Quia apud Dominum misericordia: \* & copio-  
sa apud eum redemptio.

*Et ipse redimet Israel: \* ex omnibus iniquitati-  
bus ejus.*

Gloria Patri &c.

V. 131. Psalm.

**M**emento Domine David: \* & omnis man-  
suetudinis ejus.

*Sicut iuravit Domino: \* votum vovit Deo Jacob.*

Si introiero in tabernaculum domus meæ: \*  
si ascendero in lectum strati mei.

*Si dederō somnum oculis meis: & palpebris  
meis dormitationem.*

Et requiem temporibus meis, | donec inveniam locum Domino: \* tabernaculum Deo Jacob.

*'Ecce audivimus eam in Ephrata: \* invenimus eam in campis silve.*

Introibimus in tabernaculum ejus: \* adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

*Surge Domine in requiem tuam: \* tu & arca sanctificationis tue.*

Sacerdotes tui induantur iustitiam: \* & sancti tui exultent.

*Propter David servum tuum: \* non avertas faciem Christi tui*

Juravit Dominus David veritatem: | & non frustrabitur enim: \* de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

*Si custodierint filii tui testamentum meum: \* & testimonia mea hac, qua docebo eos.*

Et filii eorum usque in sæculum: \* sedebunt super sedem tuam.

*Quoniam elegit Dominus Sion: \* elegit eam in habitationem sibi.*

Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.

*Viduam ejus benedicens benedicam: \* pauperes ejus saturabo panibus.*

Sacerdotes ejus induam salutari: \* & sancti  
ejus exultatione exultabunt.

*Illuc producam cornu David: \* paravi lucer-  
nam Christo meo.*

Inimicos ejus induam confusione: \* super  
ipsum autem effloreat sanctificatio mea.

Gloria Patri &c.

Am Fest der Beschneidung Christi.  
Wie am Feyertagen der Mutter Gottes. 587  
Blat.

---

Am Fest der Erscheinung Christi.  
Wie am Sonntag. 578 Blat.

---

Am Oster-Feyertagen.  
Wie am Sonntag. 578 Blat.

---

Auf Christi Himmelfahrt.  
I. II. III. IV. Ps. wie am Sonntag. 578. Blat.  
V. Der 116. Psalm.

**L**audate Dominum omnes gentes: \* laudate  
eum omnes populi.

*Quoniam confirmata est super nos misericordia  
ejus: \* & veritas Domini manet in aeternum.*

Gloria Patri &c.

---

Am Pfingst-Feyertagen.  
Wie am Sonntag. 578 Blat.

---

Am Heil. Dreyfaltigkeits-Feste.  
Wie am Sonntag 578 Blat.



## An Frohnleichnam's Fest.

I. Dixit Dominus am 578 Blat.

II. Confitebor am 578 Blat.

III. Credidi unten am 588. Blat.

## IV. Der 127. Psalm.

**B**Eati omnes, qui timent Dominum: \* qui  
ambulant in viis ejus.*Labores manuum tuarum, quia manducabis:  
\* beatus es & bene tibi erit.*Uxor tua sicut vitis abundans: \* in lateri-  
bus domus tuæ.*Filii tui sicut novella olivarum: \* in circuitu  
mensæ tuæ.*Ecce sic benedicetur homo: \* qui timet  
Dominum.*Benedicat tibi Dominus ex Sion: \* & videas  
bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.*Et videas filios filiorum tuorum: \* pacem  
super Israel.

Gloria Patri &amp;c.

V. Lauda Jerusalem. unten am folgenden Blat.

## An Feyertāgen der Mutter Gottes.

I. Dixit Dominus. am 578 Blat.

II. Laudate pueri. am 580 Blat.

## III. Der 121. Psalm.

**L**ætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi; \*  
in domum Domini ibimus.*Stantes erant pedes nostri: \* in atriis tuis Je-  
rusalem.*Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: \* cujus  
participatio ejus in idipsum.

*Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini:  
\* testimonium Israel ad confitendum nomini Do-  
mini.*

Quia illic sederunt sedes in iudicio: \* sedes  
super domum David.

*Rogate, quæ ad pacem sunt Jerusalem: \* &  
abundantia diligentibus te.*

Fiat pax in virtute tua: \* & abundantia in  
turribus tuis.

*Propter fratres meos & proximos meos: \* lo-  
quebar pacem de te.*

Propter domum Domini Dei nostri: \* quæ-  
sivi bona tibi.

Gloria Patri &c.

IV. Der 126. Psalm.

**N**isi Dominus ædificaverit domum: \* in va-  
num laboraverunt, qui ædificant eam.

*Nisi Dominus custodierit civitatem: \* frustra  
vigilat, qui custodit eam.*

Vanum est vobis ante lucem surgere: \* sur-  
gite postquam sederitis, qui manducatis panem  
doloris.

*Cum dederit dilectis suis somnum: \* ecce hare-  
ditas Domini filii; merces, fructus ventris.*

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii ex-  
cussorum.

*Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex  
ipsis: \* non confundetur, cum loquetur inimicis  
suis in porta.*

Gloria Patri &c.

## V. Dex 147. Psalm.

**L**auda Jerusalem Dominum : lauda \* Deum  
tuum Sion.

*Quoniam confortavit seras portarum tuarum :  
\* benedixit filiis tuis in te.*

Qui posuit fines tuos pacem : \* & adipe fru-  
menti satiat te.

*Qui emittit eloquium suum terra : \* velociter  
currit sermo ejus.*

Qui dat nivem sicut lanam : \* nebulam sicut  
cinerem spargit.

*Mittit crystallam suam sicut buccellas : \* ante  
faciem frigoris ejus quis sustinebit?*

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea : \*  
flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.

*Qui annunciat verbum suum Jacob : \* justi-  
tias & judicia sua Israel.*

Non fecit taliter omni nationi : \* & judicia  
sua non manifestavit eis.

Gloria patri &c.

## Am Feyertagen der S. S. Aposteln.

I. Dixit Dominus. am 578 Blat.

II. Laudate pueri. am 580 Blat.

## III. Dex 115. Psalm.

**C**redidi, propter quod locutus sum : \* ego  
autem humiliatus sum nimis.

*Ego dixi in excessu meo : \* omnis homo mendax.*

Quid retribuam Domino : \* pro omnibus quæ  
retribuit mihi?

*Calicem salutaris accipiam : \* & nomen Domi-  
ni invocabo.*

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: \* pretiosa in conspectu Domini mors anctorum ejus.

*O Domine! quia ego servus tuus, \* ego servus tuus, & filius ancilla tua.*

Dirupisti vincula mea; | tibi sacrificabo hostiam laudis: \* & nomen Domini invocabo.

*Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: \* in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.*

Gloria Patri &c.

IV. Der 125. Psalm.

**I**N convertendo Dominus captivitatem Sion: \* facti sumus sicut consolati.

*Tunc repletum est gaudio os nostrum: \* & lingua nostra exultatione.*

Tunc dicent inter gentes, \* magnificavit Dominus facere cum eis.

*Magnificavit Dominus facere nobiscum: \* facti sumus latantes.*

Converte Domine captivitatem nostram: \* sicut torrens in austro.

*Qui seminant in lacrimis: \* in exultatione metent.*

Euntes ibant & flebant; \* mittentes semina sua.

*Venientes autem venient cum exultatione: \* portantes manipulos suos.*

Gloria Patri &c.

V. Der 138. Psalm.

**D**omine, probasti me & cognovisti me: \* tu

cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

*Intellexisti cogitationes meas de longe: \* semitam meam & funiculum meum investigasti.*

Et omnes vias meas prævidisti; \* quia non est sermo in lingua mea.

*Ecce Domine, tu cognovisti omnia, | novissima & antiqua: \* tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.*

Mirabilis facta est scientia tua ex me: \* confortata est, & non potero ad eam.

*Quo ibo a spiritu tuo: \* & quo a facie tua fugiam?*

Si ascendero in cælum, tu illic es: \* si descendero in infernum, ades.

*Si sumpsero pennas meas diluculo: \* & habitavero in extremis maris.*

Etenim illuc manus tua deducet me: \* & tenebit me dextera tua.

*Et dixi, forsitan tenebra conculcabunt me: \* & nox illuminatio mea in deliciis meis.*

Quia tenebræ non obscurabuntur a te, | & nox sicut dies illuminabitur: \* sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.

*Quia tu possedisti renes meos: \* suscepisti me de utero matris meæ.*

Confitebor tibi, quia terribiliter magnificentus es: \* mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.

*Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto: \* & substantia mea in inferioribus terra.*

Imperfectum meum viderunt oculi tui, | & in libro tuo annes scribentur: \* dies formabuntur, & nemo in eis.

*Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus: \* nimis confortatus est principatus eorum.*

Dinumerabo eos, | & super arenam multiplicabuntur: \* exsurrexi, & adhuc sum tecum.

*Si occideris Deus peccatores: \* viri sanguinum declinate a me.*

Quia dicitis in cogitatione: \* accipient in vanitate civitates tuas.

*Nonne qui oderunt te, Domine, oderam: \* & super inimicos tuos tabescebam?*

Perfecto odio oderam illos: \* & inimici facti sunt mihi.

*Proba me Deus, & scito cor meum: \* interroga me, & cognosce semitas meas.*

Et vide, si via iniquitatis in me est: \* & deduc me in via æterna.

Gloria Patri &c.

Am 5. Johannis Geburts-Fest.  
Wie am Fest der 5. 5. Beichtigern. 591 Blat.

Am Fest der 5. 5. Engeln.  
I. II. III. IV. Ps. wie am Sonntag. 578 Blat.  
V. Der 137. Psalm.

**C**onfitebor tibi Domine, in toto corde meo: \* quoniam audisti verba oris mei.

*In conspectu Angelorum psallam tibi: \* adorabo ad templum sanctum tuum & confitebor nomini tuo.*

688 An Festtügen der 3. Aposteln.

Super misericordia tua, & veritate tua: \*  
quoniam magnificasti super omne, nomen san-  
ctum tuum.

*In quacunq; die invocavero te, exaudi me: \*  
multiplicabis in anima mea virtutem.*

Confiteantur tibi Domine omnes Reges ter-  
ræ: \* quia audierunt omnia verba oris tui.

*Et cantent in viis Domini: \* quoniam magna  
est gloria Domini.*

Quoniam excelsus Dominus, & humilia re-  
spicit: \* & alta a longe cognoscit.

*Si ambulavero in medio tribulationis, | vivi-  
ficabis me: \* & super iram inimicorum extendisti  
manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.*

Dominus retribuet pro me: \* Domine mise-  
ricordia tua in sæculum, opera manuum tua-  
rum ne despicias.

Gloria Patri &c.

---

Am Fest Aller Heiligen.

Wie am Fest der H. H. Märtyrer.

---

Am Fest der H. H. Märtyrer.

I. II. III. IV. Ps. wie am Sonntag. 578 Blat.

V. Credidi, propter quod locutus sum. 588 Blat.

---

Am Fest der H. H. Bischöffen.

I. II. III. IV. Ps. wie am Sonntag. 578 Blat.

V. Memento Domine David. 583 Blat.

---

Am Fest der H. H. Beichtigern.

I. II. III. IV. Ps. wie am Sonntag. 578 Blat.

V. Laudate Dominum omnes gentes. 585 Blat.

Am

Um Fest der H. H. Jungfr. oder Wittiv.  
Wie am Fevertagen der Mutter Gottes. 586

Um Kirchweyhung = Fest.

I. II. III. IV. Ps. wie am Sonntag. 578 Blat.  
V. Lauda Jerusalem dominum. 587 Blat.

Lob = Gesang vom H. Sacrament.

**P**Ange lingua gloriosi \* corporis mysterium,  
sanguinisque pretiosi, \* quem in mundi pre-  
tium \* fructus ventris generosi \* Rex effudit gen-  
tium.

Nobis datus, nobis natus \* ex intacta virgine,  
\* & in mundo conversatus, \* sparso verbi semine,  
\* sui moras incolatus \* miro clausit ordine.

In supremæ nocte cœnæ \* recumbens cum  
fratribus, \* observata lege plene \* cibus in lega-  
libus, \* cibum turbæ duodenæ \* se dat suis ma-  
nibus.

Verbum caro, panem verum \* verbo car-  
nem efficit, \* fitque sanguis Christi merum, \* etsi  
sensus deficit, \* ad firmandum cor sincerum \*  
sola fides sufficit.

Tantum ergo sacramentum \* veneremur cer-  
nui: \* & antiquum documentum \* novo cedat  
ritui: \* præstet fides supplementum \* sensuum  
defectui.

Genitori Genitoque \* laus & jubilatio \* salus  
honor, virtus quoque \* sit & benedictio: \* Pro-  
cedenti ab utroque \* compar sit laudatio. Amen.

Lob = Gesang vom H. Geist.

**V**eni creator Spiritus, \* mentes tuorum vi-  
sita,



sita, \* imple superna gratia, \* quæ tu creasti pectora.

Qui paracletus diceris, \* donum Dei altissimi, \* fons vivus, ignis, charitas, \* & spiritualis unctio.

Tu septiformis munere, \* dextræ Dei tu dignus, \* tu rite promissum Patris \* sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus, \* infunde amorem cordibus, \* infirma nostri corporis \* virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius, \* pacemque dones protinus, ductore sic te prævio \* vitemus omne noxium.

Per te sciamus, da, Patrem, \* noscamus atque Filium, \* te utriusque Spiritum \* credamus omni tempore.

Gloria Patri Domino, \* natoque qui a mortuis \* surrexit, ac Paraclito \* in sæculorum sæcula. Amen.

### Lob. Gesang vom H. Creuz.

**V**exilla Regis prodeunt, \* fulget crucis mysterium \* quo carne carnis conditor \* suspensus est patibulo.

Quo vulneratus insuper \* mucrone diro lanceæ \* ut nos lavaret crimine, \* manavit unda & sanguine.

Impleta sunt, quæ concinit \* David fideli carmine: \* dicens, in nationibus \* regnavit a ligno Deus.

Arbor decora & fulgida, \* ornata Regis purpura, \* electa digno stipite \* tam sancta membra tangere.

Beata, cujus brachiis \* sæcli pependit pretium  
 \* statera facta corporis, \* prædamque tulit tartari.  
 O Crux ave, spes unica! \* hoc passionis tempo-  
 re: \* auge piis justitiam, \* reisque dona veniam.  
 De summa Deus Trinitas, \* collaudet omnis  
 spiritus: \* quos per Crucis mysterium \* salvas,  
 rege per sæcula. Amen.

## Lob. Gesang am Osterfest.

**V**ictimæ paschali laudes immolent Christiani \*  
 Agnus redemit oves: Christus innocens Pa-  
 tri reconciliavit peccatores \* Mors & vita duel-  
 lo conflixere mirando: Dux vitæ mortuus, re-  
 gnat vivus. \*\* *Dic nobis Maria, quid vidisti in  
 via?* \* sepulchrum Christi viventis, & gloriam  
 vidi resurgentis. \*\* *Dic nobis Sc.* Angelicos  
 testes, sudarium & vestes. \*\* *Dic nobis Sc.* Sur-  
 rexit Christus spes mea: præcedet vos in Gali-  
 leam \* Scimus Christum surrexisse a mortuis ve-  
 re: tu nobis victor Rex miserere Amen. Alle-  
 luja.

## Lob. Gesang von der Mutter Gottes.

**A**ve maris stella, \* Dei mater alma, \* atque  
 semper virgo, \* felix cœli porta.  
 Sumens illud Ave \* Gabrielis ore \* funda nos  
 in pace, \* mutans nomen Evæ.  
 Solve vincla reis, \* profer lumen cœcis, \* ma-  
 la nostra pelle, \* bona cuncta posce.  
 Monstra te esse Matrem, \* sumat per te preces,  
 \* qui pro nobis natus, \* tulit esse tuus.  
 Virgo singularis, \* inter omnes mitis, \* nos  
 culpis solutos \* mites fac & castos.

Vitam præsta puram \* iter para tutum, \* ut  
videntes Jesum \* semper collatemur.

Sit laus Deo Patri \* summo Christo decus, \*  
Spiritu sancto, \* tribus honor unus. Amen.

## LITANIÆ DE SS. NOMINE JESU.

**K** yrie eleison.

Ch iste eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos,

Christe exaudi nos,

Pater de cœlis Deus,

*Miserere nobis.*

Fili Redemptor mundi

Deus,

Spiritus sancte Deus,

Sancta Trinitas unus

Deus,

Jesu Fili Dei vivi,

Jesu splendor Patris,

Jesu Candor lucis æter-

næ,

Jesu Rex gloriæ,

Jesu Sol justitiæ,

Jesu Fili Mariæ Virgi-

nis,

Jesu admirabilis,

Jesu Deus tortis,

Jesu Pater futuri sæculi,

Jesu magni consilii An-

gele,

Jesu potentissime,

Jesu patientissime,

Jesu obedientissime,

Jesu mitis & humilis  
corde,

Jesu Amator castitatis,

Jesu Amator noster,

Jesu Deus pacis,

Jesu auctor vitæ,

Jesu exemplar virtu-  
tum,

Jesu Zelator anima-  
rum,

Jesu Deus noster,

Jesu refugium nostrum,

Jesu pater pauperum,

Jesu thesaurus fidelium

Jesu bone Pastor,

Jesu Lux vera,

Jesu sapientia æterna,

Jesu bonitas infinita,

Jesu via & vita nostra,

Jesu gaudium Ange-  
lorum,

Jesu Magister Aposto- lorum ,	<i>De nomine Jesu.</i> Sit nomen Domini be- nedictum.
Jesu doctor Evangeli- starum ,	Ex hoc nunc & usque in ſæculum.
Jesu fortitudo Marty- rum ,	<i>De venerabili Sacra- mento.</i>
Jesu Lumen Confesso- rum ,	Panem de cœlo præsti- tisti eis.
Jesu puritas Virginum ,	Omne delectamentum in se habentem.
Jesu corona Sanctorum omnium ,	<i>Pro Imperatore.</i>
Agnus Dei , qui tollis peccata mundi , <i>Par- ce nobis Jesu.</i>	Domine salvum fac Im- peratorem.
Agnus , &c. <i>Exaudi nos Jesu.</i>	Et exaudi nos in die , qua invocaverimus te.
Agnus , &c. <i>Miserere nobis Jesu.</i>	<i>Pro Rege.</i>
Jesu Christe audi nos.	Domine salvum fac Re- gem.
Jesu Christe exaudi nos.	Et exaudi nos in die , qua invocaverimus te.

## LITANIE DE BEATA VIRGINE.

<b>K</b> yrie eleison.	Spiritus Sancte Deus -
Christe eleison.	Sancta Trinitas unus
Kyrie eleison.	Deus ,
Christe audi nos.	Sancta Maria , <i>ora pro nobis.</i>
Christe exaudi nos.	Sancta Dei genitrix ,
Pater de cœlis Deus ,	Sancta Virgo Virgi- num ,
<i>Misere e nobis.</i>	Mater Christi ,
Fili Redemptor mundi Deus ,	

Mater divinæ gratiæ,	Janua cœli,
Mater purissima,	Stellamatinina,
Mater castissima,	Salus infirmorum,
Mater inviolata,	Refugium peccatorum,
Mater intemerata,	Consolatrix afflictorum
Mater amabilis,	Auxilium Christiano-
Mater admirabilis,	rum,
Mater Creatoris,	Regina Angelorum,
Mater Salvatoris,	Regina Patriarcharum,
Virgo prudentissima,	Regina Prophetarum,
Virgo veneranda,	Regina Apostolorum,
Virgo prædicanda,	Regina Martyrum,
Virgo potens,	Regina Confessorum,
Virgo clemens,	Regina Virginum,
Virgo fidelis,	Regina Sanctorum om-
Speculum justitiæ,	niunium,
Sedes Sapientiæ,	Regina sacratissimi Ro-
Causa nostræ lætitiæ,	lurii,
Vas spirituale,	Agnus Dei, qui tollis
Vas honorabile,	peccata mundi, <i>Parce</i>
Vas insigne devotionis	<i>nobis Domine.</i>
Rosa mystica,	Agnus &c. <i>Exaudi nos</i>
Turris Davidica,	<i>Domine.</i>
Turris eburnea,	Agnus &c. <i>Miserere</i>
Domus aurea,	<i>nobis Domine.</i>
Fœderis arca,	

**I**nviolata, intacta & casta es Maria \* *Qua es  
 Effecta fulgida cœli porta.* \* o mater alma Chri-  
 sti charissima. \* *Suscipe pia laudum præconia* \*  
 Nostra ut pura pectora sint & corpora. \* *Te  
 nunc flagrant devota corda & ora* \* Tua per  
 precata dulcisona, \* *Nobis concedas veniam per*  
*sa.*

Litaniæ de omnibus Sanctis. 695

*ſacula \* O benigna, \* Quæ ſola inuiolata permanſiſti.*

Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.

Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

**S**alve Regina, Mater miſericordiæ. \* *Vita, dulcedo & ſpes noſtra ſalve.* \* Ad te clamamus exules filii Evæ. \* *Ad te ſuſpiramus gementes & ſlentes in hac lacrymarum valle.* \* Eja ergo, Advocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos converte. \* Et Jeſum benedictum fructum ventriſtui, nobis poſt hoc exilium oſtende. \* O clemens, \* o pia, o dulcis Virgo Maria!

Dignare me laudare te, Virgo ſacrata.

Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

LITANIÆ DE OMNIBUS SANCTIS.

**K**yrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Pater de cœlis Deus,

*Miſerere nobis.*

Fili Redemptor mundi

Deus,

Spiritus ſancte Deus,

Sancta Trinitas unus

Deus.

Sancta Maria, *Ora pro*

*nobis.*

Sancta Dei genitrix,

Sancta Virgo Virgini-  
num,

Sancte Michael,

Sancte Gabriel,

Sancte Raphael,

Omnes ſancti Angeli

& Archangeli, *Orate*

*pro nobis.*

Omnes ſancti beatorum

Spirituum Ordines,

Sancte Joannes Baptiſt.

Sancte Joſephe,

Omnes ſancti Patriar-

chæ & Prophetæ,

*orate pro nobis.*

San-

Sancte Petre, <i>ora &amp;c.</i>	Omnes sancti Martyres,
Sancte Paule,	Sancte Silvester, <i>ora &amp;c.</i>
Sancte Andrea,	Sancte Gregori,
Sancte Jacobe,	Sancte Ambrosi,
Sancte Joannes,	Sancte Augustine,
Sancte Thoma,	Sancte Hieronyme,
Sancte Jacobe,	Sancte Martine,
Sancte Philippe,	Sancte Nicolae,
Sancte Bartholomæe,	Omnes sancti Pontifi-
Sancte Matthæe,	ces & Confessores,
Sancte Simon,	<i>Orate &amp;c.</i>
Sancte Thadæe,	Omnes sancti Doctores
Sancte Matthia,	Sancte Anton, <i>ora &amp;c.</i>
Sancte Barnaba,	Sancte Benedicte,
Sancte Luca,	Sancte Bernarde,
Sancte Marce,	Sancte Dominicæ,
Omnes sancti Apostoli	Sancte Francisce,
& Evangelistæ, <i>ora-</i>	Omnes sancti Sacerdo-
<i>te &amp;c.</i>	tes & Levitæ, <i>orate</i>
Omnes sancti Discipu-	<i>&amp;c.</i>
li Domini,	Omnes sancti Monachi
Omnes sancti Innocentes	& Eremitæ,
Sancte Stephane, <i>ora</i>	Sancta Maria Magda-
<i>&amp;c.</i>	lena, <i>ora &amp;c.</i>
Sancte Laurenti,	Sancta Agatha,
Sancte Vincenti,	Sancta Lucia,
Sancte Fabiane & Se-	Sancta Agnes,
bastiane, <i>orate &amp;c.</i>	Sancta Cecilia,
Sancti Joannes & Paule,	Sancta Catharina,
Sancti Cosma & Da-	Sancta Anastasia:
miane,	Omnes sanctæ virgines,
Sancti Gervasi & Pro-	& viduæ, <i>orate &amp;c.</i>
tasi,	Omnes

Omnes Sancti & Sanctæ Dei, <i>Intercedite pro nobis.</i>	Per adventum Spiritus sancti paracliti,
Propitius esto, <i>Parce nobis Domine.</i>	In die Judicii,
Propitius esto, <i>Exaudi nos Domine.</i>	Peccatores, <i>Te rogamus audi nos.</i>
Ab omni malo, <i>Libera nos Domine.</i>	Ut nobis parcas,
Ab omni peccato,	Ut nobis indulgeas,
Ab ira tua,	Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,
Ab subitanea & improvisa morte,	Ut Ecclesiam tuam sanctam regere & conservare digneris,
Ab insidiis Diaboli,	Ut Dominum Apostolicum & omnes Ecclesiasticos Ordines in sancta religione conservare digneris,
Ab ira & odio & omni mala voluntate,	Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris,
A Spiritu fornicationis	Ut Regibus & Principibus Christianis pacem & veram concordiam donare digneris,
A fulgure & tempestate	Ut cuncto populo Christiano pacem & unitatem largiri digneris,
A morte perpetua,	Ut nos metipso in tuo sancto servitio confortare & conservare digneris,
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ,	
Per Adventum tuum,	
Per nativitatem tuam,	
Per Baptismum & sanctum Jejunium tuum,	
Per crucem & Passionem tuam,	
Per mortem & sepulturam tuam,	
Per sanctam resurrectionem tuam,	
Per admirabilem ascensionem tuam,	



Ut mentes nostras ad cælestia desideria e- rigas,	ternam donare dig- neris,
Ut omnibus benefacto- ribus nostris sempiterna bona retribuas,	Ut nos exaudire digne- ris,
Ut animas nostras, fra- trum, propinquo- rum & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias,	Fili Dei, <i>Te rogamus audi nos.</i>
Ut fructus terræ dare & conservare digneris,	Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, <i>Par- ce nobis Domine.</i>
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æ-	Agnus &c. <i>Exaudi nos Domine.</i>
	Agnus &c. <i>Miserere nobis Domine.</i>
	Christe audi nos.
	Christe exaudi nos.

## Der 50. Psalm.

**M**iserere mei Deus \* secundum magnam mi-  
sericordiam tuam.

*Et secundum multitudinem miserationum tua-  
rum \* dele iniquitatem meam.*

Amplius lava me ab iniquitate mea; \* & a pec-  
cato meo munda me.

*Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* &  
peccatum meum contra me est semper.*

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: \*  
ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum  
judicaris.

*Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: \*  
& in peccatis concepit me mater mea.*

Ecce enim veritatem dilexisti \* incerta & oc-  
cultata sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

*Aspera*

*Asperges me hyssopo, & mundabor: \* lavabis me & super nivem dealbabor.*

*Auditui meo dabis gaudium & lætitiã: \* & exultabunt ossa humiliata.*

*Averte faciem tuam a peccatis meis: \* & omnes iniquitates meas dele.*

*Cor mundum crea in me Deus \* & spiritum re-ctum innova in visceribus meis.*

*Ne projicias me a facie tua: \* & spiritum san-ctum tuum ne auferas a me.*

*Redde mihi lætitiã salutaris tui: \* & spiritu principali confirma me.*

*Docebo iniquos vias tuas: \* & impii ad te con-vertentur.*

*Libera me de sanguinibus Deus, Deus salu-tis meæ: \* & exultabit lingua mea justiciã tuam.*

*Domine, labia meã aperiens: \* & os meum an-nuntiabit laudem tuam.*

*Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: \* holocaustis non delectaberis.*

*Sacrificium Deo spiritus contribulatus: \* cor contritum, & humiliatum Deus non despiciens.*

*Benigne fac Domine, in bona voluntate tua Sion: \* ut ædificentur muri Jerusalem.*

*Tunc acceptabis sacrificium iustitiã, oblationes & holocausta: \* tunc imponent super altare tuum vitulos.*

Gloria Patri &c.

NB. Wann dieser, oder der 129. Psalm De profundis oben 679. Blat für die Verstorbene gesungen wird, sehet man am Platz Gloria

Requiem æternam dona eis Domine,  
Et lux perpetua luceat eis.

A porta inferi,  
Erue Domine animas eorum.  
Requiescant in pace. Amen.

Lob: Gesang der H. H. Ambrosii und  
Augustini.

**T**e Deum laudamus. \* *Te Dominum confitemur.*

Dich GOTT wir loben und ehren,  
Bekennen dich unsern HERRN.

Texternum Patrem \* omnis terra veneratur.

Dich ewig'n Vatter hoch und werth

Die ganze Welt mit Lob verehrt.

*Tibi omnes Angeli: \* tibi cæli & uniuersa potestates.*

Die heit'ge Engel mannigfalt,

Die Himmel und all ihr Gewalt.

Tibi Cherubim & Seraphim \* incessabili voce  
proclamant.

Auch Cherubim und Seraphim,

Schrey'n mit unaufhörlicher Stimme.

*Sanctus, sanctus, sanctus \* Dominus Deus Sabaoth.*

Heilig, heilig, heilig ist GOTT,

Der allmächtig' HERR Sabaoth.

Pleni sunt cæli & terra \* Majestatis gloriæ tuæ.

Der Himmel und die Erdeweit

Seynd voll dein'r Ehr und Herrlichkeit.

*Te gloriosus \* Apostolorum chorus.*

Der glorwürdig' Apostel Chor  
 Thut sich mit deinem Lob hervor.

Te Prophetarum \* laudabilis numerus.

Desgleichen auch die löblich' Zahl  
 Deiner Propheten allzumal.

Te Martyrum candidatus \* laudat exercitus.

Dich lobt das edle Purpur-Heer

Aller heiligen Martyrer.

Te per orbem terrarum \* sancta confitetur Ec-  
 clesia.

Die heil'ge Kirch einhelliglich  
 Durch alle Welt bekennet dich.

Patrem \* immensa Majestatis.

Einen Vatter der Herrlichkeit

In ewig wahr'nder Majestät.

Venerandum tuum verum, \* & unicum Filium.

Nach deinen wahren einig'n Sohn

Bey dir im höchsten Ehren-Thron.

Sanctum quoque \* Paracletum Spiritum.

Darzu den werthen heil'gen Geist,

Der ihr stets Trost und Beystand leist.

Tu Rex gloriæ \* Christe.

Du unser Heyland Jesu Christ

Ein König aller Ehren bist.

Tu Patris \* sempiternus es Filius.

Ein Sohn des Vatters außerkohren,

Von Ewigkeit aus G. Ott gebohren.

Tu ad liberandum suscepturus hominem \* non  
 horruisti Virginis uterum.

Zu erlösen im Fleisch die Welt

Der Jungfrau'n Leib dir hast bestellt.

Tu devicto mortis aculeo \* aperuisti creden-  
 tibus regna calorum. G 3 Du

Du hast gestürzt des Todes Macht,  
 Dein Reich den Glaubig'n aufgemacht.  
 Tu ad dexteram Dei sedes\* in gloria Patris.  
 Zur rechten Gottes ist bereit  
 Dein Sitz ins Vatters Herrlichkeit.

*Judex crederis\* esse venturus.*

Du wirst, wie uns der Glaub fürhält,  
 Zukünftig richten alle Welt.

Te ergo quæsumus, famulis tuis subveni\*  
 quos pretioso sanguine redemisti.

Wir bitten, hülf den Dienern dein,  
 Die durch dein Blut erlöset seyn.

*Aeterna fac cum sanctis tuis\* in gloria numerari.*

Mach, daß wir mit den Heil'gen dein  
 Deiner Glori theilhaftig seyn.

Salvum fac populum tuum Domine:\* & be-  
 nedic hæreditati tuæ.

Mach, HErr! daß dein Volk seelig sey,  
 Und deinem Erbtheil benedey.

*Et rege eos, & extolle illos\* usque in aeternum.*

Regier, sie auch zu jeder Zeit,  
 Erheb sie biß in Ewigkeit.

Per singulos dies\* benedicimus te.

Wir loben dich von Tag zu Tag,  
 So viel als Herz und Mund vermag.

*Et laudamus nomen tuum in saculum,\* & in sa-  
 culum saculi.*

Dein Nahm sey auch gebenedeyt  
 Von Ewigkeit zu Ewigkeit.

Dignare Domine die isto\* sine peccato nos cu-  
 stodire.

O HErr! durch deine grosse Güte

Für Sünd uns diesen Tag behüt.

*Miserere nostri Domine: \* miserere nostri.*

Erbarm' dich über uns, o Gott!

Und uns begnad' in aller Noth.

*Fiat misericordia tua Domine super nos: \* quem admodum speravimus in te.*

Ach Herr! thu uns barmherziglich,

Gleichwie wir hab'n gehoft auf dich.

*In te Domine speravi, \* non confundar in eternum.*

Ich hab, o Herr! gehoft auf dich,

Mach' ewig nicht zu schanden mich.

*Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu.*

Laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Den Vatter, Sohn und heil'gen Geist

Lasset uns loben allermeist.

### LITANIÆ de S. P. DOMINICO.

Welche bey der fünfzehen dienstägigen zur Gedächtnuß und Verehrung der 15. Geheimnißen des H. Rosenkranzes eingefesteten Andacht, des Dienstags in den Prediger-Ordens-Kirchen nach dem Salve Regina gesungen werden.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

**K** Christe audi nos. Christe exaudi nos.

*Pater de cælis Deus, Miserere nobis.*

*Fili Redemptor mundi Deus,*

*Spiritus sancte Deus,*

*Sancta Trinitas unus Deus,*

*Sancta Maria, Ora pro nobis.*

*Sancta Dei genitrix,*

*Sancta Virgo Virginum,*

Magne Pater, Sancte Dominice,  
 Sancte Dominice, Lumen Ecclesiæ,  
 Sancte Dominice, Sal terræ,  
 Sancte Dominice, Lux mundi,  
 Sancte Dominice, Prædicator gratiæ,  
 Sancte Dominice, Prædicator Apostolice,  
 Sancte Dominice, Evangelii tuba,  
 Sancte Dominice, stella fulgida in templo Dei,  
 Sancte Dominice, Rosa patientiæ,  
 Sancte Dominice, Ebur castitatis,  
 Sancte Dominice, Liliū munditiæ,  
 Sancte Dominice, Facula charitatis,  
 Sancte Dominice, Regula abstinentiæ,  
 Sancte Dominice, Doctor veritatis,  
 Sancte Dominice, Magne Taumaturge,  
 Sancte Dominice, Hæresum extirpator,  
 Sancte Dominice, Pater pauperum,  
 Sancte Dominice, Dispensator mysteriorum Dei,  
 Sancte Dominice, serve bone & fidelis Jesu &  
 Mariæ,  
 Sancte Dominice, Author sacratissimi Rosarii,  
 Sancte Dominice, Dux & Pater Prædicatorum  
 Ordinis,  
 Sancte Dominice, in hora mortis nostræ, *ora*  
*pro nobis.*  
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, *Parce*  
*nobis Domine.*  
 Agnus &c. *Exaudi nos Domine.*  
 Agnus &c. *Miserere nobis.*

### Responsorium.

O Spem miram! quam dedisti mortis hora te  
 flentibus, \* dum post mortem promisisti te  
 pro-

profuturum fratribus: \*\* *Imple Pater, quod dixisti, \* nos tuis iuvans precibus.*

Qui tot signis claruisti in ægrorum corporibus, \* nobis opem ferens Christi ægris medere moribus.

*Imple Pater &c.*

Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto.

*Imple Pater &c.*

Ora pro nobis Beate Pater Dominice,  
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

